



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum spes sit prior charitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

fos habitus, vt scilicet secundū vtrumque actu ope-
rerur. Sed simul potest esse actus spei cum actu cha-
ritatis. ergo charitas, & spes non possunt esse simul
in vna potentia: sed charitas est in voluntate. spes
ergo non est in voluntate.

¶ 4 Præt. Spes est certa expectatio. Sed certitudo per-
tinet ad vim cognitiuam. ergo spes est in vi cogni-
tiua, & non in voluntate.

SED CONTRA. Spes est ex meritis proueniens:
sed merita pertinent ad voluntatem. ergo spes est
in voluntate.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dictum est, spes est
virtus Theologica: vnde eius obiectum est Deus:
nulla autem vis sensitua potest se extendere ad hoc
obiectum, quod est Deus, quia sensus corporalia
non transcendit. Et ideo spes non potest esse in ali-
qua vis sensitua. manifestum autē est, q̄ spes ad vim
appetitiuam pertinet, eo q̄ obiectum eius est bonum,
vt supra dictum est: vnde oportet, q̄ sit in vi
appetitiua rationis, quæ est voluntas secundū Phi-
losofum in 3. de Anima, vnde spes est in volunta-
te, sicut in subiecto: huiusmodi autem appetitus ra-
tionalis non diuiditur per irascibilem, & concupi-
scibilem, vt quidam posuerunt, quia obiectum vo-
luntatis est bonum secundum commune boni
rationem, quam potest intellectus apprehendere,
non autem sensus. Et ideo appetitus sensituius, cuius
obiectum est bonum secundum rationem particu-
larem, diuiditur in irascibilem, & concupiscibi-
lem, secundum diuersas rōnes boni sensibilis, quod
vel est delectabile secundum sensum ad quod ordi-
natur concupiscibilis, vel est altitudinem propriam
habens supra impedimēta delectationis, & hoc est
obiectum irascibilis: vnde in appetitu superiori ira-
scibilis, & concupiscibilis non ponuntur. Sic ergo
subiectum spei non est irascibilis, sed voluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ spes de qua lo-
quimur, est ardui intelligibilis, quod non est obiectum
alicuius specialis potentie, sed voluntas in ip-
sum tendit, secundum rationem vniuersalem boni.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ charitas perficit
voluntatem perfecte, quantum ad vnum motum
eius, qui est amare, sed indiget alia perfectione, quā
tum ad alium motum eius, qui est sperare.

AD TERTIVM dicendum, q̄ quando sunt multa
ordinata ad unum, possunt simul intelligi. Similiter
etiam motus spei simul potest esse cum motu cha-
ritatis, quia ad se inuicem ordinantur.

AD QVARTVM dicendum, q̄ certitudo spei de-
ratur a certitudine fidei. In quantum enim motus
appetitiue virtutis dirigitur a virtute cognoscitiua,
participat aliquod de eius certitudine.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit prior charitate.

Tertio queritur de ordine spei ad charitatem,
vtrum spes sit prior charitate. Et videtur q̄ nō.
Ambrosius enim super illud Luc. 17. Si habueritis fi-
dem sicut granum sinapis &c. dicit. Ex fide est cha-
ritas, ex charitate spes: sed fides est prior charitate,
ergo charitas est prior spe.
¶ 2 Præt. Augustinus dicit in Enchir. q̄ fides sine chari-
tate non prodest: spes autem sine charitate esse nō
potest. Sed si spes est prior charitate, posset esse
sine ea, sicut & fides, licet non prodesset. ergo spes
non est prior charitate.

A ¶ 3 Præt. Aug. dicit 12. de ciuitate Dei, q̄ boni mo-
tus atque affectus ex amore, & ex sancta charitate
veniunt. Sed sperare secundum q̄ est actus spei, est
quidam motus, & affectus laudabilis. ergo deriuat-
ur a sancta charitate. Sic ergo charitas est prior spe.

¶ 4 Præt. Spes est cum desiderio, vt supra dictū est.
Sed desiderium non est nisi boni amati. ergo spes
præsupponit amorē. ergo est posterior charitate.

¶ 5 Præt. Inter affectiones animæ, prima est amor.
Ex eo enim omnes actiones & affectiones animæ
deriuantur, vt patet per Dionysium 4. c. de diuinis
nomi. Sed spes importat quandam animæ affectio-
nem. ergo charitas, quæ est amor, est prior spe.

B ¶ 6 Præt. Spes vel desiderium non est nisi proprii
boni. Sed bonum, aliquid sit proprium appetenti
per amorem, sic enim redditur conueniens. ergo
spes & desiderium præsupponit amorem.

¶ 7 Præt. Aug. dicit 14. de ciuit. Dei, quod recta vo-
luntas est charitas. Sed recta voluntas præcedit spem.
ergo charitas præcedit spem.

¶ 8 Præt. Eorum quæ sunt simul, vnum nō est prius
altero: sed fides, spes, & charitas sunt simul. Quia si-
cut Greg. dicit super Ezech. æqualiter ab homine
habentur. ergo spes non est prior charitate.

¶ 9 Præt. Idem non est prius seipso: sed idem vide-
tur esse spes charitati, cum vtriusque sit vnum ob-
iectum, scilicet summum bonum. ergo spes non
est prior charitate.

C ¶ 10 Præt. Magister dicit 26. distinctione tertij sen-
tentiarum, quod spes ex meritis prouenit, quæ præ-
cedunt non solum rem speratam, sed spem quam
præit charitas. ergo spes non est prior charitate.

¶ 11 Præt. Spei opponitur desperatio, charitati au-
tem opponitur quodlibet peccatum mortale: sed
prius est quod homo incidat in peccatum morta-
le, quam quod incidat in desperationem. ergo cha-
ritas non est prior spe.

¶ 12 Præt. Ordo habituum & actuum est secundum
ordinem obiectorum: sed bonum, quod est obiectum
charitatis, est prius quam arduū quod est ob-
iectum spei, quia arduum se habet ex additione ad
bonum. ergo charitas est prior spe.

¶ 13 Præt. Quicquid nobilitatis conuenit alicui in-
completo in aliquo genere, conuenit etiam com-
pleto in genere illo. Sed manifestum est q̄ aliquis
amor incompletus præcedit spem. ergo multo ma-
gis amor cōpletus qui est charitas, spem præcedit.
SED CONTRA, est quod dicitur Matth. 1. Abra-
ham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob. glo. 1.
fides genuit spem, spes charitatem: sed generans est
prius genito. ergo spes est prior charitate.

E ¶ 2 Præt. Super illud Psal. 36. Spera in Deo & fide
nitatem, dicit gl. Spes est introitus ad fidem, & ini-
tium humanæ salutis. Et sic videtur q̄ spes sit prior
fide: sed prior est fides charitate. ergo & spes.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. Finis præ-
cepti charitas est de corde puro & conscientia bo-
na. glo. id est spe. Et sic videtur quod charitas præce-
dat ex spe. Spes ergo est prior charitate.

¶ 4 Præt. Aug. dicit decimo de Trinitate, q̄ nullus
amat, nisi id, ad quod se sperat posse peruenire: & id
quod quis non sperat, aut non amat, aut tepide
amat. ergo amor præsupponit spem.

¶ 5 Præt. Prius est a quo non conuertitur conse-
quentia subsistendi: sed spes est huiusmodi. In statu
enim viæ quicumq; habet charitatem, habet spem:
sed non conuertitur. ergo spes est prior charitate.

RESPON.

Cap. 7. & p. tom. 5.

parte 3.

Ca. 7. in me- dio tom. 5.

Glo. interli- nearis ibi.

Glo. interli. ex Galiod.

Gl. interli. ibi.

Gal. s. med. tom. 3.

RESPON. Dicendum, q̄ prius dicitur aliquid, vel secundum rationē alicuius principij, vel quia principio propinquius est. Sunt autem duo principia intrinseca rei, materia & forma. Et secundum horum differentiam, aliquid dicitur dupliciter prius: vno quidem modo est aliquid prius altero perfectione: sicut actus potentia, & perfectū imperfecto quæ quidem prioritas respōdet principio formali. Alio vero modo est aliquid prius in via generationis & temporis, & sic potentia est prior actu in eodem, & imperfectum perfectō. Simpliciter autē & vniuersaliter etiam tēpore perfectum est prius, quia imperfectum non mouetur, nisi ab aliquo præexistenti perfectō: hoc autem respōdet materiali principio. Secundum igitur primum prioritatis modū, charitas est prior naturaliter spe: secundum autem modum secundum, spes in vno homine præcedit charitatem. Ad cuius euidētiā sciendum est, q̄ omnes affectiones animæ, quæ sunt quidam appetitiui motus, p̄portionantur motibus naturalibus, eo q̄ motus naturalis ex inclinatione naturali procedit, quæ dicitur appetitus naturalis. Et similiter motus affectionum animalium procedunt ex inclinatione animalis, quæ est appetitus animalis. In motibus autem naturalibus inuenimus, primo quidem principium ipsius motus, quod est informatio mobilis per suam formam non animalem, sicut cum generatur graue aut leue. Secundo, est motus naturalis, proneniens ex tali forma: sicut cum corpus ascendit & descendit. Tertio vero, est quies in proprio loco. Et similiter in appetitu animæ, primo quidem est informatio quædam ipsius appetitus per bonum: & hoc est amor q̄ vnit amantū amanti. Ex hoc autē secundo sequitur, si bonum amatum sit distans q̄ appetitus tendat in illud motu desiderij vel spei: tertio autem sequitur gaudium vel delectatio, quādo aliquis pertingit ad rem amatam. Sicut igitur motus & quies naturalis puenit ex forma, ita oīs affectio animæ p̄uenit ex amore: oportet igitur q̄ secundum differentiā amoris attendatur differentiā in cæteris affectionibus animæ. Est autem duplex amor: vnus quidem imperfectus, alius autem perfectus. Imperfectus quidem amor alicuius rei est, quando aliquis rem aliquam amat non vt ei bonum in seipsa velit, sed vt bonum illius sibi velit. Et hic nominatur a quibusdam cōcupiscentia, sicut cum amamus vinum volentes eius dulcedine vtī, vel cū amamus aliquē hominem propter nostram vtilitatem vel delectationem. Alius autē est amor perfectus, quo bonū alicuius in seipso diligitur, sicut cū amando aliquē, volo q̄ ipse bonum habeat, etiā si nihil inde mihi accidat. Et hic dicitur esse amor amicitie, quo aliquis secundum seipsum diligitur: vnde ista est perfecta amicitia, vt dicitur in 8. Ethic. Charitas autē est non quæcunque amor Dei, sed amor perfectus quo Deus in seipso diligitur. Ad hoc autem q̄ aliquis bonum diuinum secundum se diligit, inducitur ex bonis a Deo prouenientibus, quæ sibi quis vult, & ex malis quæ Deo inherendo vitat quantum ad vitationem malorum, pertinet ad hūc amorem timor, quantum vero ad consecutionem bonorum pertinet ad sui amorem spes, quæ est motus tendens in aliqd adipsi sciendum, sicut dictum est. vnde vtrunq; horum fm̄ propriam rationem deriuatur ex imperfecto Dei amore. Et propter hoc in via generationis & temporis sicut timor præcedit charitatem & introducit ad ipsam, vt Aug. dicit super Canonicam Ioan-

nis, ita etiam, & spes introducit ad charitatem, diuinam aliquis per hoc, quod sperat se aliquod bonum a Deo consequi ad hoc deducit, vt Deum propter se amet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut A. m. ibidem subdit, rursus in se quodam modo circumfunditur, quia scilicet cum aliquis ex spe iam ad charitatem introductus fuerit, tūc etiam perfectam sperat, & castius timet, sicut etiā, & firmus credit. Et ideo quod dicit, q̄ ex charitate est spes, non loquitur quantum ad primam charitatis generationem, sed quantum ad secundam charitatis retentionem, secundum q̄ iam nobis indita, facit nos, & perfectius sperare, & credere.

AD SECVNDVM dūm, q̄ spes quæ est ex meritis præcedentibus, nō potest esse sine charitate, quæ est merendi principium. Sed spes informis, quæ est sine meritis in actu, sed ex meritis in proposito, est quidem sine charitate in actu, sed non sine charitate proposito.

AD TERTIVM dicendum, q̄ Aug. sibi loquitur de bonis motibus, & affectibus meritorijs: huiusmodi enim ex charitate causantur.

AD QVARTVM dicendum, q̄ ratio illa probat q̄ spes præsupponat aliquem amorem: non in oporet, q̄ præsupponat amorem charitatis, sed amorem sui ipsius, quo quis optat bonum diuinum.

Et per hoc patet solutio ad quintū, & ad sextū.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ recta voluntas dicitur charitas causaliter: quia scilicet perfecta rectissima voluntatis non potest esse, nisi ex charitate. Sed talis perfectio voluntatis, non præcedit spem amorem.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ auctoritas Gregorij intelligitur de fide, spe, & charitate, scilicet q̄ sunt virtutes, quod non conuenit fidei, & spei, nisi fm̄ q̄ formant charitatem. Sed secundū q̄ sunt virtutes, quæ dōq; præcedunt charitatem tempore.

AD NONVM dicendum, q̄ bonum diuinum, vt secundum se dilectum, est obiectum charitatis, sicut sicut adipsi sciendum, est obiectum spei. Et propter hoc charitas a spe differt.

AD X. dicendū, q̄ si spes sit informis, merita dō præcedunt spem, sed rem separatam. Si autem spes sit formata, sic merita præcedunt etiam spem. Et hoc modo naturaliter præcedit ipsam charitas.

AD XI. dicendum, q̄ ea quæ sunt postiora in compositione, sunt priora in resolutione. Et hoc quia in via generationis spes præcedit charitatem, in via resolutionis econuertio, culpa per quā amittitur charitas præcedit desperationem per quā amittitur spes.

AD XII. dicendū, q̄ rō illa concludit, q̄ amor vniuersaliter sit prius quā spes: quia bonum cōsumptum, est obiectum amoris, non autē oportet q̄ charitas sit prior spe.

AD XIII. dicendū, q̄ præcedere in via generationis, non pertinet ad perfectionem, quia secundum hanc viam imperfecta sunt perfectis priora.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum spes sit solum in viatoribus.

Quarto queritur, vtrum spes sit solum in viatoribus. Et videtur q̄ non. Sicut enim spes est rei non habitæ, q̄ videt repugnare statui beatorum, ita etiā desiderium est rei nō habitæ. Sed desiderium est in beatis fm̄ illud i. Petri. i. In quem desideratur ageli prospicere, ergo etiā spes potest esse in beatis.

Idem 1. 2. q. 62. art. 4.

9. Ethic. e. 3. parū a med.

Trac. 9. inter prin. & med. tom. 9.